+ 443 417

Cum areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis omnibusque utensilibus et singulis in genere obventionibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Qui eam exnunc intromissionem realem cum actuali apprehensione possessionis per Nobilem et Nobiles duos officio acceptando dari et admitti. Pacemque tuitionem evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinquarum remotarum per et alias omnes personas cuiusvis sexus status et conditionis existentium cavet. Praeterea submittit se ac de bonis suis omnibus inscribit sororem suam Nobilem Marinam Gwelowska consortem suam ad approbandam praesentem inscriptionem seu similem faciendam intra decursum duodecim septimanarum sub tanti timore simpliciter taxandi et solvendi et coram officio praesenti castrensi Brzesciensi in primo citato termino peremptorio sentire. Omnibus in universum iuris remedijs et defensis se et suos successores abrenunciando.

Mierzwinsky Obligatio.

Coram officio praesenti personaliter comparens Nobilis Albertus olim Pauli Zdrotkowsky de Kalinowka sanus mente et corpore existens palam publice recognovit. Quia Nobilis Petro olim Mathiae Mierzwinsky et eius successoribus bonorum suorum in haereditate Kalinowka sitis in campo Tres sulcos a granicie Wyszkowska ad graniciem Sczepanowska per duos campos tendentes inter metas Nobilis Ambrosij et Francisci Kalinowskych iacentes, in tertio campo Tres sulcos ab areis ad graniciem Wyszkowska tendentes inter metas Nobilium Martini et Francisci Kalinowskich iacentes cum sylvis et omnibus utilitatibus nullis exceptis in undecem florenis et quindecem grossis Polonicis obligavit inscripsit. Iacturam Nobilis exnunc officio acceptandam dat et admittit. Pacem occasione praemissorum ab omni impedimento cavet sub vadio simili. Et coram officio praesenti castrensi Brzesciensi submittit se peremptorie in primo citato termino respondere nulla se exceptione praemissa excusare volendo.

Zdroikowski Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Petrus olim Mathiae Mierzwinsky sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia a Nobili Alberto olim Pauli Zdroikowsky Nonnes? florenos polonicos debitos sibi per eum inscriptos persolvit quietatoque eum quietat emittit inscriptionemque cum toto effectu liguminaque cassat annihilat perpetuo.

Poniatowski Niemyski 2 Donationes

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Brzesciensibus personaliter comparens Nobilis Valentinus filius Nobilis Stanislai Grabkowsky de Radziszewo haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Petro olim Stanislai Poniatowsky de Radziszewo sequenti haeredi et eius successoribus aream suam propriam in bonis Radziszewo sequenti sitam per se a Nobili Stanislao olim Ioannis Dziadkowsky emptam perpetuo quaesitam, a granicie Przywdkowska ad Zduni? pertendentem vel prout alias extendentem inter metas Mathiae et Ioannis Dzierzkow iacentem cum horto prato aedificijs per se iam in eodem constructis sepibus et quibus omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit irrevocabiliter resignavit. Intromissionem exnunc realem officio acceptandam admittit. Pacemque tuitionem evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum cuiusvis sexus existentium per omnes personas praedictas cavet et coram officio castrensi capitaneali Brzesciensi in primo citato termino peremptorio sentire. Omnibus in universum iuris remedijs et defensis se et suos successores abrenunciando. Salva donatione ad festum Sancti Adalberti proxime futurum sibi reservata.

Niemyski Donatio.

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Philippus olim Simonis Wyszenski de Wyszonki Kościelna haeres sanus mente et corpore existens palam publice recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Michaelis Niemysky et eius posteritati bonorum suorum haereditariorum in haereditate Wyszonki Koscielna consistentium in tribus campis Triginta sulcos a parietead graniciem Grabnobudzicie tendentes inter metas Nobilium Petri Wyszenski? et Gregorij Kosko iacentes, item in campo Nowem sulcos a via Mlynarska per viam ad graniciem Klonska tendentes inter metas Alberti Wyszensky et Gregorij Kosko iacentes cum omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis perpetuo et in aevum dedit